HORTI ET PROVINCIÆ VERONENSIS PLANTAE NOVAE VEL MINUS COGNITAE QUAS...

Ciro Pollini

HORTI ET PROVINCIÆ VERONENSIS

PLANTAE NOVAE VEL MINUS COGNITAE

QUAS

DESCRIPTIONIBUS ET OBSERVATIONIBUS

EXORNAVIT

CYRUS POLLINIUS

Fasciculus Primus.

Insert. in Tom. IX. Diarii Phisic. Med. Ticin.

TICINI

Ex Typographia Haered. Petri Galeatii.

1816.

LECTORI.

Icones plantarum, quarum descriptionem in lucem edere statui, Agraria Veronensis Academia aere proprio incidi curabit: cum enim anno superiore easdem a me delineatas illi obtulissem, re benigne accepta, inter sua publici juris facienda has collocari jussit. En igitur, Lector amicissime, quid mihi novi vel observatione digni in agro Veronensi contigit agnoscere. Neque species tantum invenies, sed genera quoque duo, quorum alterum ad Rosaceas pertinens Spallanzanio nostro summo viro dicare mihi in libitu fuit, *Spallanzanium* dicens, alterum ad Fungos gymnocarpos Personii sive ad veros Fungos spectans, ex figura Hymenii vel membranae fructificantis *Hexagonium* nuncupavi. Id autem scias velim haec pauciora specimen modo esse majoris operis, quod mox me daturum confido. Etenim complures annos consumpsi ut *Veronensem Floram* perficerem, in qua totus sum ne indignam rerum botanicarum studiosis se praebeat. Vale, Veronae postridiae calendas decembris 1815

Festuca Orvetorum

Triandria digynia *Linn.* Monocotyl. hypogyn. Gramineae *Juss.* F. panicula erecta, spiculis trifloris, teretiusculis, ellipticis; glumellis glumam excedentibus, ligula truncata brevissima, *Mihi*.

Aira palustris. *Pollini* Catal. dell' Orto Veron. ann. 1814.

Aira (*oryzetorum*) flosculis calycem excedentibus brevissime aristatis glabris, panicula erecta, ligula subulata. *Spreng.* Plant. minus cognit. pugill. II p. 18.

Radix fibrosa, perennis. Culmus tri-quadripedalis teres, glaber, ad imos nodos leviter geniculatus, caeterum erectus. Folia pedalia lineari-lanceolata, striata, retrorsum atque ad margines scabra, vaginae striatae, glabrae, ligulae brevissimae, truncatae. Panicula lanceolata, coarctata. Pedunculi gemini, flexuosi, erecti, angulati, angulis scaberrimus, ramosi, multiflori. Spiculae viridulae, teretiusculae, ellipticae, acutae, triflorae, raro quadriflorae. Gluma bipaleata, inaequalis, paleis ovalibus supra medium scariosis, palea inferiore uninervea, glumella quater breviore; superiore trinervosa, glumella ter breviore. Glumellae paleola exterior glabra, trinervosa, nervis lateralibus obsoletis, brevissime aristata, arista subincurva fusca. Antherae elongatae lutescentes, filamentorum longitudine.

Habitat ad margines fossarum circa agros oryzae satos decurrentium prope villam comitum *Polfranceschi*, primo aut altero lapide a vico *Albaro* dicta, nec alibi mihi hactenus occurrit. Junio mense floret.

Arundo Pygmaea

Triandria digynia *Lin.* Monocotyl. hypogyn. *Juss.*

A. caule herbaceo, panicula spicata, glumis bifloris glumella triaristata brevioribus, arista dorsali paleolis duplo longiore. *Mihi.*

A. calycibus bifloris, flosculis calycem excedentibus, triaristatis, arista dorsali recurva, pilis corollae ciliatis, vaginis foliisque incano pubescentibus. *Spreng.* Plant. min. cognit. pug. I. p. 9.

Ex radice fibrosa caulis uncialis quinquenodis, inferne vaginis foliorum canescentibus obtectus. Folia linearia complicata pubescentia. Ligulae loco pili. Panicula spicata. Glumae paleae valde inaequales, palea externa lanceolato-acuminata, scariosa, trinervosa, nervis medium versus evanescentibus, interna lineari-lanceolata uninervosa. Glumellae paleolae glumis longiores subaequales, externa apice dorsoque aristata, interna apice, arista terminalis paleolis duplo brevior, recta, dorsalis duplo longior, recurva. Pilorum barba ad basin glumellae pedicellata, pilis ciliatis glumella brevioribus.

Habitat in monte Baldo, ubi Archidux Austriae Johannes, dominusque Gebhardus invenerunt.

Descripsi ex speciminibus siccis, quae mihi humaniter communicavit amicissimus clarissimusque vir Curtius Sprengelius.

Scabiosa Australis.

Tetrandria monogynia *Linn.* Dicotyl. monopet. epigyn. anth. distinct. Dipsaceae *Juss.*

S. corollis quadrifidis aequalibus, caule ramoso, ramis patulis, foliis oblongis utrinque lanceolatis, radicalibus obtusiusculis. *Mihi.*

Scabiosa australis Wulf.

Scabiosa Succisae var. ex palustribus locis. *Vitman* herbar. manuscript.

Scabiosa (*repens*), corollulis quadrifidis aequalibus, caule ramoso, ramis patenti-divergentibus, foliis angustis caulinis lanceolatis, radicalibus obtusis in petiolum decurrentibus, radice repente. *Brign.* Fasc. rar. plant. Forojul. p. 19.

Succisa angustifolia palustris. *Triumf.* Observ. p. 76.

Radix fibrosa, repens, perennis. Caulis erectus, 2-3-pedalis, glaber, foliosus, ramosus. Rami oppositi, axillares, patentes. Folia opposita, ima longe petiolata obtusiuscula, superiora sessilia oblonga utrinque lanceolata, glabra, integerrima. Pedunculi longissimi, plerumque dichotomi, subpubescentes. Anthodii terminales subglobosi. Perianthodii bracteae lanceolatae, inaequales, circiter decem. Calyx dentibus brevissimis obtusis. Corollulae quadrifidae aequales, tubo externe pubescente, laciniis ovatis, albidae vel languide coerulescentes. Stamina corollula duplo longiora. Phoranthium oblongum paleaceum, paleis lanceolatis. Semina ovalia, glabra, angulata quadridentata.

Provenit in palustribus coenosisque locis circa oppidum *Legnago*, atque oryzetorum aggeres in provinciis Novariensi, Mediolanensi et Ticinensi. Augusti et Septembris mensibus floret.

Differt a *Scabiosa Succisa* cum qua commutata radice repente non praemorsa, caule ramoso, glabro, elatiore, multifloro, foliis angustioribus non ovato-lanceolatis vel ovatis et calycinis dentibus brevissimis obtusis non aristatis.

Galium Baldense.

Tetrandria monogynia *Linn.* Dicotyl. monopet. epigyn. anther. distinct. Rubiaceae. *Juss*

G. fructibus glabris, caule adscendente, foliis senis crassiusculis glabris acutiusculis, pedunculis axillaribus subtrifloris *Spreng.* plant. min. cogn. pug. I. p. 10.

E radice fibrosa caules tripollicares, caespitosi, adscendentes, glabri, paniculato-racemosi. Folia ima sena obovata, media octona, summa sena lanceolata, omnia glabra et paululum crassa. Pedunculi axillares subtriflori. Calyx lente visus quadridentatus. Corolla albida segmentis ovatis acutis. Stylus profunde bifidus. Semina glabra microscopio acuta leviter papillosa.

Junio et Julio mensibus florens mihi saepe occurrit in pascuis editis montis Baldi, locis praecipue dictis *Costa bella*, *Monte maggiore*, *Valle delle ossa* et *di S. Zeno*, dein in cacuminibus montium *Alba*, *Pertica*, et *Zevola*. Perennis.

« Proxima sunt *Gal. helveticum Weig.*, quod differt foliis obovatis mucronatis, inferioribus subservatis, fructibus quoque scabris ».

« G. *pumilum Lam.*, quod diversum foliis cuspidatis ».

« G. *pyrenaicum Linn.*, quod vero folia habet basi tumida, flores etiam subsessiles solitarios ».

« G. *saxatile Linn.*, cujus folia obovata obtusa, caulis procumbens, pedunculi uniflori ».

Spreng. l. c.

Campanula Loreti.

Pentandria monogynia *Linn.* Dicotyl. monopet. perigyn. Campanulaceae *Juss.*

C. foliis inferioribus petiolatis, ellipticis, superioribus semiamplexicaulibus oblongo-lanceolatis, serratis, calyce strigoso, laciniis corolla longioribus. *Mihi.*

Campanula (*Loreti*) foliis oblongo-lanceolatis, serratis, calyce dense strigoso, laciniis lanceolato-acuminatis suberectis verticalibus serrulatis. *Pollini* Catal. hort. Veron. ann. 1812 pag. 9. Element. Botan. (in selectis exemplaribus tantum) Tom. II. p. 149. tab. ult. fig. I.

Campanula (*baldensis*) foliis inferioribus lanceolato-ovalibus petiolatis, superioribus ovatis subamplexicaulibus crenatis, caule folioso, calycibus corolla longioribus basi muricatis. *Balb.* Catal hort Taurin ann 1813. p. 20.

Campanula Lorei. Balb. Append ad Cat hort. Taurin p. 9.

Radix annua, ramosa, descendens. Caulis pedalis et ultra, angulosus, tortuosus, hirsutus, ramosus. Folia inferiora petiolata elliptica vel spathulata, superiora sessilia semiamplexicaulia, oblongo lanceolata, omnia obtuse serrata et pilosa. Calyx decemangulatus, strigis albo-sericeis densis tectus, laciniis lanceolato-acuminatis, serrulatis, corolla longioribus. Corolla campaniformis patula, laete violacea, lituris quinque longitudinalibus saturatioribus in unoquoque lobo. Capsula trilocularis. Semina scobiformia, subrotunda.

Campanulam hanc pulcherrimam *C. patulae* proximam, ab hac tamen notis indicatis diversam, dixi in honorem Felicis Lorei, olim in botanicis meis peregrinationibus comitis, cui primo occurrit circa pagum *Valleggio*, secus viam qua itur ad flumen Mincium, ubi mihi quoque saepe sese obtulit. In horto etiam colui, seminibusque multiplicavi. A medio Majo ad medium Julium floret, et sub aestatis exitu emoritur.

Bupleurum Baldense.

Pentandria digynia *Linn.* Dicotyl. polypet. epigyn. Umbelliferae. *Juss.*

B. caule erecto ramoso, foliis lanceolato-linearibus, involucris subquadri bracteatis inaequalibus umbella brevioribus, involucellis quinque bracteolatis. *Mihi.*

Bupleurum (*baldense*) caule erecto ramoso, foliis linearibus, involucris subtetraphyllis inaequalibus umbella brevioribus, involucellis pentaphyllis. *Willd.* Sp. pl. I. 1375.

Bupleurum (*baldense*) involucro universali tetraphyllo, partialibus pentaphyllis acuminatis, ramis foliisque alternis. *Host.* synop. 141. non *Turrae*.

Icon *Kitaib.* plant. Hungar. T. III. tab. 257.

Caulis sesqui-bipedalis erectus, saepe tortuosus, superne ramosus, ramis erectis. Folia lineari-lanceolata, canaliculata 7-5-nervia, radicalia etiam spithamea. Involucrum 3-4-bracteatum,

raro bibracteatum umbella brevius, bracteis inaequalibus, nempe una duobusve duplo vel triplo majoribus. Involucella quinquebracteolata flores subaequantia, bracteolis subaequalibus. Petala lutea. Perennis.

Augusti mense florens mihi occurrit in pascuis siccis et dumetis ad radices montis Baldi secus Atheum, nec non in vicinis vici *Rivole* dicti, praecipue in loco ubi erat columna triumphalis a Gallis erecta ob praelium secundum anni 1796.

Quis crederet Bupleurum primo baldensis nomine vocatum specie longe diversam esse? Ecce quomodo res se habuit. In Baldo monte loco dicto *i Masi* circa templum *la Corona* nuncupatum Moretus Bupleurum quoddam suo judicio novum reperit. Hoc in proprio herbario cum phrase *Bupleurum involucro universali tetraphyllo, partialibus pentaphyllis acuminatis, ramis foliisque alternis* collocavit. Turra qui Bupleurum Moretii vidit ejus fide descripsit nomine *Bupleuri baldensis* in diario cui titulus *Giornale d' Italia* (Tom I pag. 120. Venezia presso Milocco), phrasemque Moretianam adduxit. Ex eo Botanici habuere hujus Bupleuri notitiam et cum Hostius speciem Bupleuri invenisset descriptioni Turrae vel rectius Moretii respondentem, nomen B. baldensis ei indidit, et per Botanicorum orbem divulgavit. Porro specimen Bupleuri Moretiani, quod cum praedicta phrase coram nunc habeo, spectat procul dubio ad *Bupleurum odontitam*, quod et in Baldo monte et alibi mihi sese obtulit.

Heracleum Pyrenaicum

Pentandria digynia *Linn.* Dicotyl. polypet. epigyn. Umbelliferae *Juss.*

H. foliis simplicibus subtus incanis, rotundo-cordatis, trilobatis, lobis lobulato-angulosis, dentatis. *Mihi.*

H. (*amplifolium*) foliis amplissimis simplicibus, quinquelobis, lobis dentatis, subtus incano-scabris. *Lapeyr.* Hist. plant. pyren. p. 153.

H. (*pyrenaicum*) foliis simplicibus cordato-palmatis subtus tomentosis albis. *Decand.* Syn. Flor. gall. p. 310.

H. alpinum B. pyrenaicum, foliis simplicibus cordato-palmatis, subtus tomentosis, fructibus orbicularibus. *Lam.* encycl. I. p. 403. *Pers.* Syn. plant. I. p. 314.

Sphondylium alpinum, parvum. *Seg.* Ver III p. 225

Planta perennis odore gravi balsamico. Ex radice fusiformi, crassa, albida, apice ramosa, caules 1-2-3 prodeunt tripedales, teretes, canaliculati scabri pubescentes, parum ramosi. Folia simplicia ampla, dentata, rotundo-cordata, radicalia longe petiolata, trilobata, lobis plicatis, lobulato-angulatis, medio plerumque trilobulata, lateralibus bilobulatis, caulina breviter petiolata, periclado scabro striata, summa pericladio tantum suffulta profundius lobata atque acutiora. Umbellae plerumque tres convexiusculae involucro 1-3-bracteato saepe caduco, involucella subquinque bracteolato, dimidiato. Flores radiati albi. Petala florum exteriorum cordata bifida, duobus interioribus brevioribus emarginatis. Flores centrales regulares. Semen glabrum ovatum, convexiusculum, quinque striatum, marginatum.

Copiose provenit *in valle delle ossa* dicta montis Baldi, ubi adhuc Seguiero et Morenio obviam venit.

Male Seguierus ad *Sphondylium alpinum glabrum Bauh.* prod. 63 pin. 157, scilicet ad *Heracleum alpinum Linn. Willd.* refert, nec in horto cultum hirsutiam admisit ut contendit l. c. Seguierus, suamque faciem servavit.

Allium Veronense

Hexandria monogynia *Linn.* Monocotyl. perigyn. Asphodeli. *Juss.*

A caule basi bulbifero teretifolio umbellifero; staminibus tricuspidatis perigonio acuto longioribus. *Mihi.*

Allium (*veronense*) caule, subteretifolio umbellifero, staminibus tricuspidatis corolla acuta longioribus, foliis tereti-angulatis. *Spreng.* plant. min. cogn. pug. II. p. 60.

Bulbus ovatus solitarius tunicatus. Caulis bipedalis basi bulbiferus, teres, glaber. Vaginae et folia teretia glabra. Spatha ovata concava scariosa. Umbella subglobosa pedicellis erectis glabris. Perigonium roseum laciniis acutis conniventibus linea centrali rubra. Filamenta perigonio longiora alterna tricuspidata rosea.

Julii mensis initio floret in collibus Veronensibus sterilibus praesertim in valle *Policella* circa l' *Ospedaletto*. Perennis.

Simile *Allio* rotundo cum quo interdum mihi occurrit. Ab eo tamen praecipue differt figura foliorum, et caule basi bulbifero

**

Spallanzania.

Octandria digynia *Linn* Dicotyl polypet perigyn. Rosaceae. *Juss*

Calyx duplex exterous campanulatus 10-12 fidus, internus 5-fidus Fauce contractus

Corolla quinque petala, Stamina octo calycis lateri interiori affixa Ovarium unicum, styli duo, stygmata duo, Semen unicum globosum, calyce interno capsulari inclusum *Mihi*

Spallanzania Agrimonoides

S foliis radicalibus pinnatis, caulinis ternatis, impari majore basi cuneiformi *Mihi*

Agrimonia Agrimonoides foliis caulinis ternatis, fructibus glabris *Linn* Hort. Cliff. 179 *Scop.* Carn I p 331 *Willd* Sp. pl. II p 878

Agrimonoides Col ecphr p. 145 t 144. *Barr* ic. 612 *Boerh* Lugdb 1 p 179. (Figura Barrelieri male exprimit habitum; figura Columnae melior).

Agrimoniae similis Bauh. pin 321

Ex radice perenni ramosa, fibrosa, superne squamosa caules 2-5 prodeunt spithamei graciles, villis patentibus pubescentes, diffusi, 2-3 foliis instructi Folia radicalia in rosulam disposita, longe petiolata, impari pinnata, quadrijuga, foliolis sessilibus, alternatim minoribus, subrotundo-obovatis, obtuse dentatis basi integerrimis impari majore, obovato-cuneiformi, una cum petiolo pubescentibus caulina duo vel tria ternata Stipulae laterales amplexicaules, ovato-acutae, plerumque bifidae Flores corymbosi, 4-10, bractea 2-3 fida ad pedunculorum basim Calyces longitudine aequales pubescentes Petala quinque calycinis segmentis duplo Longiora, obovata, laeviter emarginata, lutea Fructus ovatus, brevissime pubescens, basi sublanatus, lineolis decem longitudinalibus vix elevatis exaratus, calyce exteriore aucto circumdatus, constat calyce interno dentibus, persistentibus coronantibus, includente semen globosum membranula subcoriacea indutum Corculum rectum, cotyledones plani, radicula superior Albumen nullum

Inter vepres silvasque caeduas vallium *Basiana* et *Ime* Baldi

montis magna mani provenit, a Mai mensis exitu ad Julium florens.

Character *Agrimoniae*, judice Botanicorum viventium facile principe A. L. Jussieno (Gen. pag. 336.), male convenit Agrimonoidi Columnae, sicuti descriptione modo citata unusquisque inferre potest. Quamobrem novum condidi genus, quod nomine insignivi immortalis mei magistri Lazzari Spallanzani, Physiologiae vegetabilis, totiusque naturalis historiae optime meriti.

Saxifraga Exilis

Decandria digynia *Linn.* Dicotyl. polypet. perigyn. Saxifragae *Juss.*

S. caule subunifloro, foliis alternis, lineari-lanceolatis, radicalibus in rosulam dispositis, spathulatis. *Mihi*

Radix annua, simplex. Caulis 1-2-pollicaris, filiformis, erectus, una cum calyce pilis glandulosis rubentibus obtectus, uniflorus raro biflorus. Folia inferiora spathulata vel cuneiformia. Calyx adhaerens, glutinosus. Petala alba, ovata, integerrima. Semina minutissima, lente visa turbinata.

Ineunte Junio 1813 mihi innotuit, et florentem seminibusque praegnantem observavi inter rimas rupium vallis *Bassana* montis Baldi, dein anno proxime elapso in cacuminibus ejusdem montis loco dicto *il Coval santo*. Specimina misi ad amicissimum virum Curtium Sprengelium, qui mecum novam habuit speciem.

Cucubalus Quadrifidus

Decandria trigynia *Linn.* Dicotyl. polypet. hypogyn. Caryophylleae *Juss.*

C. pedunculis oppositis unifloris secundis, floribus cernuis, calycibus decemstriatis, viscosis, petalis quadrifidis. *Mihi.*

Lychnis noctiflora, angustifolia odorata. *Segu.* Ver. I. 426.

Lychnis viscosa, floribus foris purpurascentibus, intus albis. *Segu.* Ver. III. 168.

Lychnis noctiflora angustifolia odarata, petalis ad unguem usque dissectis. *Moranti* herb. manuscript.

Radix perennis. Caulis pedalis et ultra, basi subtomentosus, superne viscosus simplex. Folia radicalia petiolata, elliptica vel

spathulata, acuta, scabriuscula, lente visa margine subciliata; caulina opposita, ima oblonga in petiolum producta, summa sessilia minora lanceolata. Flores paniculati noctu aperientes, suaveolentes. Pedunculi uniflori oppositi secundi, ex axilla bracteae exeuntes, duobusque bracteis minimis oppositis circa medium instructi. Gonophorum ovarii longitudine. Calyx quinquedentatus cylindricus decemstriatus, viscosus, subpubescens, purpurascens. Petala quadrifida, laciniis apice rotundatis, quandoque bipartita laciniis bifidis, raro bifida vel trifida, foris purpurascentia lineata intus alba, interdiu se convolventia. Staminum quinque longiora erecta, quinque breviora revoluta. Stigmata purpurascentia. Capsula oblonga apice sexfariam dehiscens.

Majo mense floret in pascuis collium et silvae *del Montico* dictae, ex qua ut varietatem *Silenis nutantis* in hortum exportavi.

Spergula Saginoides.

Decandria pentagynia *Linn.* Dicotyl. polypet. perigyn. Caryophylleae. *Juss.*

S. caulibus simplicibus decumbentibus, foliis oppositis lineari-subulatis, pedunculis axillaribus, petalis calyce brevioribus. *Mihi.*

S. foliis oppositis linearibus laevibus, pedunculis solitariis longissimis, floribus pentandris, caule repente. *Sw.* in Act. nov. holm. 1789. p. 83. t. I. f. 3. *Willd.* Sp. pl. II. p. 620.

Ex radice perenni fibrosa cauliculi plures exeunt filiformes, uni-sesquipollicares, procumbentes, simplices. Folia opposita, basi connata, laevia, supra plana, subtus convexiuscula, strictissima, lineari subulata, ad genicula fasciculata. Pedunculi axillares, longi, uniflori. Flores saepe cernui. Calyx quinquesepalus, sepalis ovatis, obtusis, viridibus, enerviis, glabris, margine albidis. Corolla quinquepetala, petalis albis, ovatis, integris, breviter unguiculatis, calyce paulo brevioribus. Stamina perpetuo decem. Capsula conica, calyce duplo longior, 5-valvis, unilocularis, polysperma. Semina subrotunda, placentae centrali affixa.

Quintili et sextili mensibus mihi florens occurrit et fructificans in pascuis editis Baldi, Summani, Albae, et Perticae montium. Varietatem apetalam Junio mense florentem reperi in vicinio uno in plateis oppidi *Schio* provinciae Vicentinae.

Ut melius innotesceret per tres annos in horto colui, ubi sub

Maii mensis initio flores emunt. Stamina apud nos numquam quinque. Non est varietas *Saginae procumbentis* ut dubitat Persoonus in sua Synopsi plantarum T. I p. 522.

Rosa Polliniana.

Icosandria polygynia *Linn.* Dicotyl. polypet. perigyn. Rosaceae *Juss.*

R. calycum tubis ovatis, pedunculisque hispido-glandulosis, petiolis aculeato-glandulosis, foliolis ovato-rotundis, utrinque glabris, serratis, dentibus glanduloso-serrulatis, trunco aculeato. *Mihi.*

Rosa (*Polliniana*) germinibus ovatis pedunculisque hispidis, petiolis glandulosis cauleque aculeatis, foliolis ovato-subrotundis obtusis utrinque glabris coriaceis inaequaliter serratis. *Spreng.* Plant. min. cogn. pug. II. p. 66.

Truncus quadripedalis vel orgyalis, erectus, aculeatus, aculeis recurvis, basi compressis. Rami superne hispido-aculeati, rubentes, triflori, quandoque multiflori, paniculati. Petioli aculeati hispido glandulosi. Foliola quina, ramea superiora etiam terna, subrotundo-ovata, vel ovata obtusiuscula, supra lucida subtus pallide viridia, coriacea serraturis glanduloso-serrulatis. Stipulae gladiatae ciliato-glandulosae. Bracteae amplexicaules lanceolato-acuminatae, rubentes, margine et pagina inferiore glandulosae, binae saepe oppositae cum tertia inferiore majore. Pedunculi cum calycis tubo hispido-glandulosi, itemque rubentes. Calycinae laciniae ovato-acuminatae, tres in binas tresve pinnulas laterales dissectae. Petala magna purpurea rotundo-obovata, leviter odora. Filamenta stylis liberis fere duplo longiora. Fructus ovato-globosi.

A medio Majo ad medium Junium florem occurrit in sepibus ad radices montis Baldi, secus viam qua itur ex pontonibus *della Pilerola* vocatis ad pagum *Brentino*.

Rosa sempervirens huic accedit, sed differt corollis albis, foliis lanceolatis acutis apice complicatis, serraturis simplicibus, petiolis glabris, bracteis serratis, calycinisque laciniis integris.

Rosa Pimpinellifolia.

Icosandria polygynia *Linn.* Dicotyl. polypet. perigyn. Rosaceae *Juss.*

R. calycum tubis ovatis, pedunculis, petiolisque glabris, trunco aculeatissimo, aculeis rectis inaequalibus. *Mihi.*

Rosa (*pimpinellifolia*) germinibus globosis pedunculisque glabris, caule aculeis sparsis rectis, petiolis scabris, foliolis obtusis *Linn.* Sp. pl. 703. *Willd.* Sp. pl. II p. 1067

Rosa (*spinosissima*) germinibus globosis, pedunculisque hispidis, caule petiolisque aculeatissimis. *Linn.* Sp. pl. 705 *Willd.* Sp. pl. II p. 1067

Rosa campestris odora. *Clus.* hist. I p. 116

Truncus bi-tripedalis erectus ruber, aculeis inaequalibus, rectis, horizontalibus, gracilibus, confertis. Foliola 9-11 raro 7, utrinque glabra, elliptica, serrata, inferioribus saepe sensim minoribus. Stipulae lanceolatae, rachide referae pilis glanduliferis vulnis obtecta, margine externo denticulato glanduloso. Pedunculi inermes, raro nonnullis aculeis vix distinctis. Calycinae lacinias integerrimae lanceolato-acuminatae. Petala alba, obcordata, vix odorata. Verum in horto culta tertio anno petala leviter incarnata evaserunt. Stygmata subsessilia 16-20 in capitulum collecta. Fructus ruber tandem fuscus.

Provenit inter dumeta summi jugi montis *Pastello*, et Junio mense floret, in horto sub Aprilis exitum.

THALICTRUM ROSMARINIFOLIUM

Polyandria polygynia *Linn.* Dicotyl. polypet. hypogyn. Ranunculaceae. *Juss.*

T. caule petiolisque glaberrimis, foliolis ovato-lanceolatis, panicula erecta. *Mihi.*

Thalictrum (*rosmarinifolium*) foliolis ovato-lanceolatis, panicula contracta subcorymbosa.

Pollini Cat. dell' Ort. Veron. ann. 1814

Radix perennis, ramosa, descendens, lutea. Caulis 3-4-pedalis, pennae anserinae digitive crassitie, striatus, glaberrimus, superne ramosus. Folia tripinnata, imo etiam quadripinnata, petiolis striati, glaberrimis, basi vaginantibus, vagina denticulata, laturaque transversa atro-rubra notatis io articulationibus, foliolis 2-3 lineas latis unum sesqui pollicem longis, oblongo-lanceolatis, trinerviis, subrugosis, supra lucidis et obscure virentibus, subtus pallidioribus, margine revolutis, integerrimis, impari ovato-lan-

ceolato, quandoque bi-trifido. Panicula composita erecta. Petala quatuor, ovata, luteola. Stam. 16-20, antheris luteis, filamentis albis. Pistilla 5-8. Semina ovata, striata, stylo persistente terminata.

Accepi ex horto Mantuano anno 1810, adque hanc diem colui.

Simillimum *Th. angustifolio*, a quo tamen differt caule humiliore, ramis petiolisque glaberrimis, in *Th.* angustifolio subpubescentibus, foliolis lanceolatis oblongo vel ovato-lanceolatis, supra sature lucideque virentibus, nec non linea transversa atro-rubra in articulationibus, tum et florendi tempore, nam *Th. angustifolium* in hac regione Junii initio, nostrum vero post medium Junium incipit flores emittere.

Thymus Moscatella.

Didynamia gymnospermia *Linn.* Dicotyl. monopet. hypogyn. Labiatae. *Juss.*

T. caule villoso, diffuso, foliis cordatis subserratis, obtusis, bullatis, pubescentibus, pedunculis axillaribus trifloris, floribus lateralibus subsessilibus. *Mihi*

Thymus (*Moscatella*) caule subhirsuto, diffuso, foliis cordatis, serratis, obtusis, pubescentibus, pedunculis axillaribus trifloris, floribus lateralibus subsessilibus, calycinis dentibus inferioribus dupla longioribus. *Pollini* Cat. dell' Ort. Veron. ann. 1814.

Radix perennis, fibrosa, repens. Caules dodrantales, obtuse tetragoni, diffusi, ramosi, villosi, villis patentissimis. Folia cordata, subserrata vel crenato serrata, obtusa, bullata, pubescentia, supra sature viridia, petiolis foliorum longitudine vel parum brevioribus, compressis, superne planis. Bracteae oppositae ovato-lanceolatae, vel utrimque lanceolatae. Pedunculi axillares, triflori, floribus lateralibus subsessilibus, in planta luxuriante pedunculi trifidi, pedicellis lateralibus trifloris. Calyx decemstriatus, quinquefidus, fauce dentibusque ciliatis, 2/3 quandoque 3/2; dentes superiores acuti, inferiores aristati superioribus duplo longioribus. Corolla calyce duplo et ultra longior, purpurea, externe subpubescens, labio superiore emarginato, inferiore trilobo, lobis subaequalibus, fauce loboque medio rubro-maculatis.

A quintilis mense initio usque ad autumnum floret. Colitur in hortis sub dio lacte proveniens, odorisque causa *Erba Musca-*

tella a Veronensibus nuncupatur. Patria ignota sed probabiliter olivi italici.

Thymo Calaminthae Willd., sive *Melissae Calaminthae Linn.* valde similis est. Discrimen vero constituunt caulis humilior, folia cordata, bullata, leviter serrata vel crenato-serrata, viridiora, odore suaviore, pedunculi non multiflori sed triflori, floribus lateralibus subsessilibus, tum florendi tempus, nam *Thymus Calamintha* sub Julii mensis exitum incipit flores emittere.

Pedicularis Sumana.

Didynamia angiospermia *Linn.* Dicotyl. monopet. hypogyn. Pediculares. Juss.

P. foliis pinnatis, cauleque simplici pilosis, foliolis remotis pinnatifidis, laciniis dentatis, spica foliosa pauciflora, calycibus suberistatis, galea truncata glabra.

Planta pedalis, folia erecta, spithamea, pinnae distantes. Calyces hirsuti. Corolla luteola.

Accedit ad *P. foliosam*, cujus varietas Y *Lapeyr.* fl. pyren. 348 huc quadrat ob spicam pauciflorum galeamque glabram. *Spreng.* plant. min. cogn. pug. II. p. 70.

In pascuis montis ~~Summani sub auctumni, Junioque~~ floret. Perennis.

Malva Morenii.

Monadelphia polyandria *Linn.* Dicotyl. polypet. hypogyn. Malvaceae. *Juss.*

M. caule erecto, foliis subrotundo-cordatis, quinquelobis, crenatis, subtus subincanis, calycibus tomentosis. *Mihi.*

Alcea procerior magno flore. *Segu.* Veron. III. 97.

Radix perennis, lignosa, ramosa. Caules plures annotini, tripedales et ultra sublignosi, erecti, teretes, ramosi, pilis hirtis fasciculatis tecti. Folia alterna longe petiolata, subcordata, quinqueloba, lobis rotundatis, crenato-dentatis, supra nudiuscula, subtus hirsuta sub-incana. Flores pedunculati, pedunculis petiolo brevioribus, axillares subsolitarii, terminales glomerati, glomerulis 5-triflores. Calyx tomentosus, externus trisepalus, raro bisepalus, sepalis ovatis acutis, internus quinquefidus incanus. Corolla ampla,

campaniformis patula, petalis obcordatis pallide purpurascentibus. Stamina cum stylo alba. Semina reniformia, glabra, nigra.

Venusta haec species *Malvae creticae* proxima quintili et sextili mensibus florens mihi primum occurrit in sepibus et marginibus agrorum ad radices montis Baldi secus viam qua itur ex pontibus *della Pilarola* dictis ad vicum *Brentino*, deinde ipso in Baldo decerpsi circa pagum *Brentonico*, et in pratis *del Prabazaro*. Bordonius civis Veronensis Seguiero coetaneus reperit in collibus prope vicum *Cogolo*.

Dixi hanc speciem in honorem Julii Caesaris Morenii, indefessi Rei herbariae cultoris, Seguieri amici, ejusque in Botanicis peregrinationibus per montes nostros saepe comitis.

Alia Malvae species mihi occurrit primum in vicinis pagi *Alagna* dicti provinciae Lomellinae, dein circa urbes Mediolanum, Papiam, et prope forum Valentiorum forumque Duguntorum, Augusti et Septembris mensibus florens. Specimina lecta in provincia Veronensi vidi quoque in herbario Moreniano cum phrase *Raii hist. I. 605 Alcea major et procerior*, cujus meminit adhuc Seguierus Ver. III pag. 98, in dubio haerens num ad hanc referri deberet suam *Alceam proceriorem magno flore*. Verum a *Malva Morenii* haec nostra toto coelo differt, et potius suspicor utrum sit varietas *Malvae Alceae*, quacum in aggeribus et sepibus saepe mihi obvia venit. Quapropter ut melius innotesceret semina plurimis in locis collegi, proximoque vere terrae commutatam interim brevem descriptionem hic addam.

Malva italica caule hirsuto, foliis inferioribus subreniformibus quinquelobis, superioribus quinquepartitis, omnibus dentatis scabriusculis. *Mihi*.

Ex radice lignosa ramosa cauliculi plures exsurgunt, uni vel bipedales, teretes, modo erecti, modo patuli vel adscendentes, ramosi, basi sublignosi, pilis hirtis fasciculatis expansis tecti. Folia alterna longe petiolata scabra, ima reniformia sed basi non excavata, quinqueloba, lobis rotundis, in distinctos dentes obtusos dissecta, summa longiora ultra medium divisa in lacinias vel lobos angustiores, plus minusve dentatos. Florum dispositio, florisque omnino *Malvae Alceae*.

Genista Mantica

Diadelphia decandria *Linn.* Dicotyl. polypet. perigyn. Leguminosae *Juss.*

G. caule prostrato, inermi, ramis striato-angulatis, lanuginosis, foliis lineari-lanceolatis pubescentibus, floribus axillaribus subspicatis, leguminibus villoso-sericeis. *Pollini* Cat. dell' Ort. Veron. ann. 1814. pag. 18.

Genista (*mantica*) caule prostrato, ramis angulato-striatis pubescentibus, foliis lanceolatis hirsutis, pedunculis axillaribus folio brevioribus, corollis glabris, leguminibus villoso-sericeis. *Spreng.* plant. min. cogn. pars II. p. 73.

Genista (*Pollini*) caule prostrato, inermi, ramis striatis glabriusculis, foliis lanceolatis hirsutis pedunculis axillaribus folio brevioribus, corollis glabris, leguminibus villoso-sericeis. *Spreng.* in litt. ann. 1812.

Ex radice perenni, lignosa, ramosa, cauliculi plures pedales sesquipedales oriuntur, inermes, prostrati, annotini, basi frutescentes, brevi lanugine obsiti, striato-angulati, quandoque ramosi. Folia lineari-lanceolata, sessilia, sparsa, pubescentia. Flores solitarii, subsessiles, axillares, in spicam subsecundam foliosam dispositi. Calyx campanulatus, quasi ~~bilabiatus est~~ dentibus subaequalibus erecto patulis. Corolla glabra, lutea calyce circiter triplo longior. Vexillum cordato-ovatum, emarginatum, a genitalibus deorsum flexum. Legumen villoso-sericeum. Semina rotundo-cordata, 7-9.

In pascuis silvae *del Mantico* dictae tertio ab urbe Verona lapide abunde provenit simul cum *Cerastio Mantico*. Majo mense floret, Junioque semina conficit.

Differt a *Genista ovata Kit.* foliis non hirsutis nec ovatis, a *Genista procumbente quod* pedunculis non teretis folio longioribus, a *Genista tinctoria* pubescentia omnium partium, maxime leguminum.

Alia Genistae species per totam aestatem florens reperitur in pratis fere omnibus Baldi et Lessiniorum montium, cujusque specimina de more solito misi ad eximium Sprengelium. Media est inter *Genistam tinctoriam* et *Genistam ovatam*, dubiusque haereo num sit varietas aut species. Nam caules plures ex una radice

basi frutescentes, striati, adscendentes, pedales, saepe ramosi, una cum foliis oblongo-ovatis acutis hirsutis, et flores breviter pedunculati in apice caulium racemosi, sed legumen glaberrimum: Individuorum cultus, quae ex Baldo monte in hortum exportavi, dijudicabit utrum pubescentia sit stabilis.

Genista pratensis: ramis adscendentibus striatis, foliisque oblongo-lanceolatis hirsutis, corollis et leguminibus glabris. *Mihi*.

Astragalus Pastellianus.

Diadelphia decandria *Linn.* Dicotyl. polypet. perigyn. Leguminosae. *Juss.*

A. caulescens, diffusus, sericeus, foliis sexjugis, foliolis linearibus obtusiusculis, spicis capitatis longe pedunculatis, leguminibus ovalibus sericeis calycem excedentibus. *Mihi.*

Caules saepe ex una radice perenni, lignosa, ramosa, plures, basi sublignosi, superne pilis tenuissimis sericeis obtecti, ramosi. Folia sex-septemjuga, foliolis pilis sericeis conspersa, linearia vel oblonga, obtusiuscula cum brevi acumine. Stipulae laterales lanceolato-acuminatae. Pedunculi foliis duplo et ultra longiores terminales, superne una cum bracteis calyceque pilis viridibus conspersi. Flores circiter duodecim in spicam densam capitatam dispositi, bractea brevi lanceolato-acuminata unicuique flori supposita. Calyx albidus, pilosus, 5-dentatus. Corolla albo-lutea, vexillo subglabrato, obtusiusculo. Legumen biloculare, polyspermum, oblongum vel ellipticum, calyce duplo longius, pilis sericeis obsitum, stylo persistente apice adunco terminatum. Semina subreniformia.

In saxosis aridisque locis montis Pastelli, secus viam qua fit descensus ad vicolum *Cavalo* dictum, plurimi decerpsi post medium Junium florentem.

Apargia Crocea.

Syngenesia aequalis *Linn.* Dicotyl. monopet. epigyn. connat. Cichoraceae. *Juss.*

A. scapo unifloro, superna parte squamosa peranthodioque hirtis, foliis runcinatis glabris, lacinia terminali triangulari. *Mihi*.

A. scapo unifloro squamoso, superne incrassato hirto, caly-

cibus hispidis, foliis runcinatis, glabris, lobo terminali triangulari *Willd* Sp. pl III. 1546 *Pers* Syn plant II 367

Leontodon (*croceum*) foliis lineari-lanceolatis acutis retrorsum dentatis, superne subhirsutis, scapo laevi, calyce erecto ovato hirsuto, flore croceo *Haenke* in Jacq. Collect II p 16.

Radix perennis, fibrosa, fusca Scapus palmaris vel ad summum spithameus, superne squamis et hirsutie fusca obtectus, inferne pilis raris Folia profunde runcinata, laciniis terminali triangulari acuminata Peranthodium erectum, hirsutum, viridi-fuscum. Corolla crocea.

Julii mensis initio mihi florens occurrit in pascuis editissimis Baldi montis, loco dicto *la valle Lozanna*

Carduus Sumanus.

Syngenesia aequalis *Linn* Dicotyl. monopet epigyn connat Cinarocephalae *Juss*

C foliis semidecurrentibus, oblongo-lanceolatis, spinuloso-serratis, glabris, subtus glaucis, pedunculis pubescentibus, longis, monanthodiis *Mihi*.

Radix perennis Caulis unno-sesquicubitalis, glaber, glaucescens, striato-angulatus, ramosus Folia 3-5-pollicaria, omnino semidecurrentia, subcarnosa, supra glabra, subtus glauca, inaequaliter spinuloso-serrata Pedunculi pubescentes, monanthodii. Anthodii subnutantes Bracteae peranthodiales lineari-lanceolatae, mucronatae, patentes. Corollulae purpureae. Pappus capillaris

In pascuis montis Sumani mihi florens occurrit sub Junii mensis exitum anni 1813, ex quibus in hortum exportavi, ubi a medio Majo ad medium autumnum floret, seminibusque multiplicavi.

Simillimus *Carduo crassifolio Willd* Enum. 838, ita ut Sprengelius ad quem misi specimina sub hoc nomine me definit in pug. II pag 76

Carduus (*crassifolius*) foliis semidecurrentibus oblongis sinuato-dentatis spinulosis subcarnosis glabris subtus glaucis, pedunculis elongatis unifloris pubescentibus, squamis calycinis patentibus

Attamen ex seminibus *Cardui crassifolii* a clarissimo amico missis et in horto satis plantam diversam obtinui Folia enim in nostra numquam sinuato-dentata apparent sed spinuloso-serrata

Carduus Montosus.

Syngenesia aequalis *Linn* Dicotyl monopet. epigyn. connat Cinarocephalae *Juss.*

C *foliis* decurrentibus oblongis, sinuato-dentatis, spinosis, glabris, subtus glaucis, pedunculis elongatis monanthodiis, lanuginosis, squamis peranthodialibus rectis patentibus *Mihi*

Carduus cirsioides minor glauco folio, capitulo, singulari *Segu* Ver III. 256

Chamaeleon alpinus sonchi spinosi lucido folio, radice nigra, alato caule *Boccone* Mus 148. Tab. 105

Carduus dictus Cirsium, folio laciniato nigrius. *Bauh.* hist III 43.

Radix perennis lignosa, nigrescens, ramosa. Caulis cubitalis, strictus, ramosus. Folia 3-5-pollicaria, sinuato-dentata inaequaliter spinosa. Pedunculi semipedales et ultra, pubescentes, bracteis spinosa saepe prope peranthodium. Bracteae peranthodiales lineari-lanceolatae, mucronatae, Corollulae purpureae, Pappus capillaris

In pascuis humilioribus Baldi, Sumani, et reliquorum montium Veronensium et Vicentinorum abunde provenit, totaque aestate floret

In haerbario ~~Professoris Eloquentiae Vitmanni, quod possideo~~; extat sub nomine *Carduus glaucus*. Cl cum Scopolius, cui haec species in montibus Comensibus obvia venit, specimina sic nuncupata dono dedit Vitmano. Vidi adhuc cum praedicta Seguieri phrase in herbariis Moraun et Bordoni, qui ambo in botanicis peregrinationibus Seguiero saepe comites ivere.

Cnicus Pontederae.

Syngenesia aequalis *Linn* Dicotyl monopet. epigyn connat Cinarocephalae *Juss*

C *foliis* ovato-utrinque-lanceolatis, sinuato-pinnatifidis, spinuloso-ciliatis, subtus subtomentosis, superioribus sessilibus auriculatis, bracteis peranthodialibus lineari-lanceolatis, mucronulatis *Mihi*

An *Cirsium ambiguum* foliis ciliato-spinosis subtus subtomen-

tatis, inferioribus petiolatis oblongo-acuminatis subsinuatis, superioribus sessilibus pinnatifidis auriculatis involucro hemisphaerico glabro, squamis foliaceis apice subreflexis? *Decand.* synops. Fl. gall. pag. 275.

Cirsium alpinum, Echinops folio, flore purpureo. *Ponted.* Comp. 132. *Segu.* Ver. II. 256.

Radix ramosa, externa parte nigra. Caulis bi-tripedalis, simplex, pubescens striatus. Folia ovato-utrinque-lanceolata, acuta, sinuato-pinnatifida, laciniis lanceolatis, subtrinervosis, denticulatis spinuloso ciliatis, horizontalibus subtus subtomentosa, supra scabriuscula, radicalia in rosulam disposita humifusa, uti cum inferioribus caulinis petiolata, petiolo basi dilatato lateribus spinuloso, media in petiolum alatum basi auriculatum producta, summa sessilia, pinnatifida basi-auriculata, auriculis rotundatis amplexicaulibus spinuloso-ciliatis. Pedunculi elongati tomentosi, bi-trianthodii. Anthodii pedicellati solitarii ex axilla bracteae prodeuntes. Peranthodium hemisphaericum, imbricatum, bracteis lineari-lanceolatis rectis subtomentosis trinervosis, brevi mucronulo terminatis, intimis subinermibus. Corollulae purpureae. Stylus simplex. Phoranthium setosum. Pappus plumosus.

Descripsi ex Pontedera l. c. atque ex speciminibus herbarii Moreniani. Pontedera invenit in Baldi montis summo jugo prope vallem *delle ossa* vocatam, Morenia obviam venit in valle *Orcana* dicta montium Veronensium prope vicum *S. Bartolomeo Tedesco*.

Proximum *Carduo heterophyllo* Willd. Sp. pl. III. 1673, sed affinior videtur *Cirsio ambiguo* Allionii, quoad deduci potest ex descriptione quam dedit cl. Decandolleus in Fl. gallicae tom. IV. p. 116. Figura quam edere constitui, dijudicabit utrum sit eadem vel diversa species.

Senecio Erucifolius.

Syngenesia superflua *Linn.* Dicotyl. monopet. epigyn. connat. Corymbiferae. *Juss.*

S. foliis pinnatifidis dentatis supra glabriusculis, subtus tomentosis, peranthodiis apice coloratis, radio patente. *Mihi.*

Senecio (*erucifolius*) radio patente, foliis pinnatifidis dentatis supra subhirsutis, subtus incano-tomentosis, calycibus apice maculatis (non sphacelatis). *Spreng.* Fl. hal. p. 240.

Senecio (*erucifolius*) corollis radiantibus, foliis pinnatifidis dentatis subhirtis, caule erecto. *Linn Fl. Svec.* 2. n 750 *Willd.* Sp. pl III. 1997.

Jacobaea Senecionis folio incano, perennis, *Segu.* Ver III. 278.

Radix modo annua modo perennis, ramosa, alba. Caulis cubitalis et ultra, tomentosus, leviter angulatus, angulis saepe inferne purpurascentibus, ramosus. Folia subtus lanuginoso-tomentosa, supra glabriuscula, ad nervos tantum tomentosa, inferiora in petiolum attenuata, obovata obtuse dentata vel pinnatifida, reliqua semiamplexicaulia ovata vel oblonga obtusa, profunde pinnatifida, laciniis linearibus, apice rotundatis, margineque dentatis et revolutis. Anthodii in corymbum supradecompositum. Pedunculi tomentosi ad ramificationes bracteati, bracteis pinnatifidis vel dentatis. Peranthodium tomentosum, cylindricum, bracteis lineari-lanceolatis, apice rubris non sphacelatis, peranthodiolatum. Corollulae radii patentes, peranthodio duplo longiores, luteae, bidentatae. Discus aureus.

Provenit in collibus Veronensibus siccis praecipue circa vicos *Montorio*, *Illasi*, *Cogolo*. Ante hos 22 annos in agro Veronensi reperit etiam Archidux Austriae Johannes. Habitat quoque in collibus transpadanis ad meridiem urbis Papiae.

Jacobaea incana repens Barrel rar. 1075 tab. 153, a Willdenovio citata huc non pertinet.

CINERARIA ALPINA.

Syngenesia superflua *Linn.* Dicotyl. monopet. epigyn. connat. Corymbiferae. *Juss.*

C. anthodiis paniculato-corymbosis, foliis petiolatis cordatis, subinciso-dentatis, petiolis dentatis vel auritis. *Mihi.*

Cineraria alpina α *Linn.* Sp. pl. 1243.

Cineraria cordifolia Linn. Suppl. 375. *Jacq.* Austr. tab. 176.

Cineraria alpina β *Linn.* Sp. pl. 1243. *Jacq.* Austr. tab. 177.

Senecio alpinus Linn. Suppl. 371.

Cineraria cordifolia panicula pauciflora, caule simplici, foliis omnibus petiolatis cordatis duplicato-dentatis, petiolis basi subdentatis. *Willd.* Sp. pl. III. 2083. *Pers.* Syn. plant. II. 440.

Cineraria alpina floribus corymbosis, foliis pinnatis, pinna terminali maxima cordata inciso-dentata, lateralibus cuneatis apice dentatis. *Willd.* Sp. pl. III. 2084. *Pers.* Syn. plant. II. 440.

Jacobaea montana integra rotundo folio. *Boccon.* mus. 2. p. 61. t. 49. *Barrel.* ic. 145.

Jacobaea alpina foliis subrotundis serratis. *Bauh.* pin. 131. Prod. 70. t. 69. *Ponted.* Diss. 235. *Segu.* Ver. III. 277.

Jacobaea alpina laciniata flore Buphtalmi. *Bauh.* pin. 131. *Segu.* Ver. III. 278.

Giacobea III. ungarica del Cluno. *Pona* Bald. 231.

Caulis bi-tripedalis, herbaceus, striato-angulatus, erectus, superne ramosus in paniculam corymbosam. Folia omnia petiolata, valde polymorpha, modo cordata duplicato-dentata, petiolis saepe uno alterove dente instructis, modo sublyrata vel pinnata pinna terminali maxima cordata, ambitu serrata vel dentata vel inciso-dentata, supra fere glabra, subtus villosa vel tomentosa. Corymbi terminales et axillares. Pedunculi tomentosi, bracteis linearibus obsiti. Perianthodium peranthodiolatum, bracteis subtomentosis linearibus apice saepe sphacelatis. Corolla lutea.

In pratis fertilibus praesertim circa pastorum casulas nimis frequens occurrit in omnibus montibus Veronensibus, Vicentinis, et Rheticis. Quintili et Sextili mensibus floret. Perennis.

Cineraria cordifolia et *Cineraria alpina* auctorum sunt procul dubio varietates ejusdem speciei miro modo polymorphae, ut innumerae observationes me certiorem fecere, saepe enim vidi ex eadem radice prodire caules plures instructi foliis formis jam indicatis variantibus. Insuper diversae varietates cultae ab una in alteram crebro transitum faciunt.

Pyrethrum Elegans.

Syngenesia superflua *Linn.* Dicotyl. monopet. epigyn. connat. Corymbiferae. *Juss.*

P. foliis pinnatis, multifidis, laciniis linearibus acutis supra convexis, subtus canaliculatis, pappo quadridentato. *Mihi.*

Caules dodrantales diffusi vel adscendentes, subtortuosi, glabri, ramosi folia pinnata, in planta culta etiam bipinnata foliolis multifidis, laciniis linearibus, acutis, supra convexiusculis subtus leviter canaliculatis, nudis. Anthodii paniculati subcorymbosi, pedunculis monanthodiis. Peranthodium hemisphaericum, imbricatum, squamis obtusiusculis margine scariosis. Cor. radii line-

bistratae, trideuticulatae, albae, perantodio duplo longiores; disci quinquefidae luteae. Phoranthium nudum conicum. Semina tetragona, margine brevi quadridentato coronata.

In Baldi valle *Lozanna* Septembris initio anni 1813 sine floribus mihi obvium venit, ex quo in hortum translatum a medio Majo ad medium autumnum floruit. Perennis.

A *Pyretro modoro Linn. Willd.* differt radice perenni, foliorum pinnis, et pappo quadridentato.

Achillea Ambigua

Syngenesia superflua *Linn.* Dicotyl. monopet. epigyn. connat. Corymbiferae *Juss.*

A. foliis pinnatis pubescentibus, pinnis pinnatifidis inciso-dentatis, corymbo composito. *Mihi.*

Tota planta lanugine alba obtecta. Caulis tripedalis, erectus, angulatus, striatus, foliosus. Folia radicalia pedalia et caulina pinnata, rachide alata integerrima, pinnis ovatis vel oblongis pinnatifidis, inciso-dentatis; summa semipinnata, pinnis inciso-dentatis. Corymbus compositus, in planta culta etiam decompositus. Anthodia *Achilleae Ptarmicae* vel paulo majora. Squamae perianthodiales pubescentes, marginibus et apice scariosae, linea centrali viridi-fusca. Corollulae radii 5, rotundo-cordatae, bitricrenatae luteolae.

Florentem initio Septembris anni 1813 ex Baldo monte (loci peculiaris una recordor) in hortum exportavi, ubi sub Augusti exitum anni vertentis flores emisit. Perennis.

Figura *Ptarmicae Matricariae foliis*, *Boccone* Museo 2 tav. 110, quodammodo quadrat, sed descriptiones ex Willdenowio et flora gallica *Achilleae macrophyllae*, ad quam figura Bocconei refertur, plantam longe diversam exprimunt.

Orchis Polliniana

Gynandria diandria *Linn.* Monocotyl. epigyn. *Juss.*

O. bulbo testiculato, foliis lineari-lanceolatis, canaliculatis, labello trilobo, lobo medio longiore elliptico, integerrimo, lateralibus oblique truncatis, crenulatis, cornu conico ovarium subaequante. *Mihi.*

Orchis (*Polliniana*) bulbo testiculato, labello tripartito basi subgibbo, laciniis subaequalibus, lateralibus truncatis crenulatis, media productiore integerrima, cornu recurvo germen subaequante, foliis lineari-lanceolatis canaliculatis. *Spreng* plant. min. cogn. pug II p. 78

Orchis (*fragrans*) radice didyma; lacinia infima perigonii (Labello Linn) triloba, lobo medio longiore elliptico, lateralibus reflexis, oblique truncatis crenulatis, laciniis superioribus (Petalis Linn) acuminatis in fornicem conniventibus, cornu conico ovario (Germine Linn) duplo breviore. *Pollini* Elementi di Botanica (in exemplaribus selectis tantum) Tom II pag. 155 157 t. ult. fig. 2.

Provenit in pratis siccis secus viam qua itur ex pago *Villafranca* ad pagum *Valleggio* dictum, et copiose in illis secus flumen Mincium. Post medium Majum flores emittit. Perennis.

Orchidi Cryophorae figura floris et colore proxime accedit, sed odorem suavissimum vanillatum expirat.

Caulinia Alagnensis

Monoecia monandria *Linn* Acotyledones Najades *Juss*

C foliis verticillato-fasciculatis linearibus, rectis, mucronato-denticulatis *Mihi*

Radices capillares, longae, annuae. Caules pluses pedales et ultra, ramosi, diffusi, ramis dichotomis. Folia verticillato-fasciculata, linearia, acuta, circiter uncialia, angustissima, minutissime denticulata, basi in vaginulam utrinque unidentatam desinentia. Flores axillares, sessiles. Ovarium ovatum acutum, stylo simplici vel duplici persistente terminatum.

Magna manu provenit in fossis prata et oryzeta circumdantibus prope pagum *Alagna*, in provincia Novariensi, patria mea. Junio et Julio mensibus floret, Augusto et Septembre fructum profert.

Differt a vulgari *Caulinia fragili* foliis numquam oppositis vel ternis distichis, nec recurvis rigidisque, et dentibus minutissimis saepe tantum lentis ope distinctis, insuper vaginula foliorum utrinque unidentata.

Atriplex Veneta

Polygamia monoecia *Linn.* Dicotyl. apetal. Atriplices *Juss.*
A. caule herbaceo erecto, foliis subtus glaucis, inferioribus deltoideo-hastatis subdentatis, superioribus deltoideo-lanceolatis subhastatis, perigoniis fructus rombeis, disco dentatis. *Mihi.*
A. caule erecto herbaceo, foliis inferioribus triangulari-hastatis dentatis, superioribus lanceolatis subhastatis integerrimis, calycibus fructus rhombeis acutis apice obsolete dentatis. *Willd.* Sp. pl. IV 964.

Caulis uni-bipedalis, vel etiam tripedalis, ramosus, erectus, ramis patulis adscendentibus. Folia pollicaria et ultra, subtus glauca, ima deltoideo-hastata denticulis remotis saepe instructa, superiora deltoideo-lanceolata saepe subhastata, plerumque integerrima. Stamina saepe quatuor. Perigonii fructus rombei, acuti, interdum rombeo-subhastati, ob angulos laterales paululum productos sursumque spectantes, dentibus duobus vel quatuor in disco, quorum duo prope margines anticos vel in ipsis marginibus.

Provenit secus aggeres et sepes in collibus *di S. Lionardo* nuncupatis circa Veronam. Willdenowius reperit Venetiis in litoribus maris Adriatici. A media Augusta ad Septembrem fere totum floret, et sub Octobris extitum semina perficit. Annua.

Descriptio Willdenowii nostrae non omnino respondet, nihilominus eamdem habemus speciem.

Equisetum Veronense.

Cryptogamia Filices. *Linn.* Acotyledones. Filices *Juss.*
E. caulibus simplicibus, ramosis, glabris, ramis hexagonis apice spiciferis, dentibus vaginarum acutis sphacelatis apice diaphanis. *Spreng.* plant. min. cogn. pugill. II. 94.

Radix nigra late repens, perennis. Caulis pedalis et ultra, erectus, glaber, profunde striatus (striis septem). Rami sex, octo, 1-2-3 pollicares, hexagoni vel heptagoni, apice spiciferi, interdum ramulosi. Vaginae virides, dentatae, dentibus octo subulatis, nigris, apice marginibusque diaphanis.

Abunde provenit in sabuletis locisque uliginosis secus Athesim, praecipue in *Campo Marzo*, non longe e pontentibus *di S. Pancrazio.* Veris initio spicas profert.

Equisetum Procerum.

Cryptogamia Filices. *Linn* Acotyledones Filices *Juss.*

E. caulibus simpliciter ramosis, glabris, striatis, apice spiciferis, ramis octonis hexagonis, vaginarum dentibus aristatis sphacelatis apice subdiaphanis. *Mihi*

Radix fusca, ramosa, fibrosa, perennis. Caulis tripedalis, erectus, glaber, striatus (striis viginti), apice spica instructus, ramosus. Rami octo pollicares, raro bipollicares hexagoni. Vaginae virides dentibus aristatis nigris, apice rufo subdiaphano, circiter viginti.

Mihi primum occurrit in quadam insula ab Athesi circumscripta, secundo ab urbe Verona lapide, ultra vicum *Tomba*, (locus dicitur ab incolis *il Pestrino*), dein in fossis urbis ad meridiem et alibi in provincia Veronensi. Medio vere spicas gignit,

Asplenium Acutum.

Cryptogamia Filices. *Linn.* Acotyledones. Filices. *Juss.*

A. frondibus tripinnato-pinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis longissime acuminatis, pinnulis pinnatifido-incisis, laciniis apice acute subbidentatis sorts demum confluentibus. *Willd.* Sp. pl. V. 347.

Frons pedalis et ultra, plerumque omnino tripinnato-pinnata, quandoque inferne tripinnata superne bipinnata, pinnis oblongo-lanceolatis apice longissime acuminato, pinnatifido-serrato, pinnulis iisdem oblongo-lanceolatis. Stipes atro-rubens, glaberrimus.

Mihi occurrit in sylvis Euganeorum montium inter rimas petrarum, praecipue circa *Monte Ortone*. Perennis.

Lecidea Baldensis.

Cryptogamia. Algae. *Linn* Acotyledones. Algae *Juss*

L. crusta imbricata foliaceo-lobata pallide virescente subtus alba fuscescente, lobis minutis crenatis; apotheciis confertis planis incarnatis demum marginatis.

Insignis similitudo cum *Lecanora saxicola*, sed ambitus thalli non radiosus maxime vero apothecia nunquam margine thallode cincta intus alba; juniora pallidiora vetusta magis fusca, surdi-

da, marginem quandoque accipiunt, sed hoc et in aliis ejusdem generis speciebus contingit *Spreng* plant min cogn. pug II. p. 95

Habitat in Baldo, reliquisque montibus Veronensibus, Vicentinis, et Tyrolensibus ad antiquas parietes, et ad saxa

Lecidea Bolcana.

Cryptogamia Algae *Linn* Acotyledones Algae *Juss*

L crusta late effusa, viridi-luteola, rimosa, glabra, apotheciis subimmersis convexiusculis nigris, intus albicantibus. *Mihi.*

Crusta in ambitu laciniata, lobata, crispa. In planta adulta et apothecia obtecta rimae plerumque nigrescunt

Habitat ad Basalthen atque lapides calcareos in monte Bolca.

Lecanora Viridis

Cryptogamia Algae. *Linn* Acotyledones Algae *Juss.*

L. crusta imbricata viridi, lobis in ambitu glabris laciniatis sublineanibus, in centro granuloso-globulosis, apotheciis centralibus convexiusculis rufo-fuscis, margine thallode elevato aequabili *Spreng* plant. min cognit. pug. II. p. 95.

Reperi in truncis arborum, praecipue circa locum dictum *la Toresella* propa *la casa dei Cozzi*, secundo ab urbe Verona lapide.

Monilia Viridis

Cryptogamia Algae *Linn* Acotyledones *Algae* Juss

M. acaulis globulosa effusa, granuloso-articulata, viridi-lutescens *Mihi*.

M late effusa acaulis granuloso-articulata viridis. *Spreng* fl hal p. 336

Byssus botryoides pulverolenta viridis *Linn Dill* musc. t. 1. f 5

Lepraria botryoides, crusta propaguisque conglomerato-concatenatis, viridissimis *Achar* meth Lichen p. 6 *Spreng* Anl. t. 8 f 79. *Fl Dan.* 840. fig 3

Substantia modo viridis, modo viridi-lutescens, modo fere olivacea, paululum spungiosa, uti tomentum densa, effusa in globulos tuberculosque irregulares super saxa et ramos dejectos guttulis aspersos, secus rivulorum cataractas in collibus et montibus Vero-

nensibus. Microscopio conspecta constat tubiculo pulverulento, ex quo prodeunt filamenta granulato-articulata immixta inarticulatis translucidis, tortuosa, granulisque conspersa, omnia arcte coacervata et invicem implexa. Aliquoties inspicere mihi visus sum lentum contractionis motum in nonnullis filamentis.

Linkia Pulposa.

Cryptogamia Algae *Linn*. Acotyledones Algae *Juss*.

L. suborbicularis fusca lobata, lobis crassis subimbricatis crenulatis, superficie centrali apotheciis rufis sparsa. *Mihi*.

Lichen pulposus. Bernhardi, *Collema pulposum*. *Achar. Lichenogr.*

β. *Lichen crispus Linn.*, *Collema crispum*. *Achar.* l. c.
γ. *Lichen cristatus Linn. Collema cristatum Achar.* l. c.
δ. *Collema aphaneum Achar.* l. c.
ε. *Collema granulatum Achar.* l. c.

Vulgaris in omnibus collibus et montibus Veronensibus, Vicentinis, Rethicisque super saxa inter rimas petrarum, superque muscos.

Substantia miro modo polymorpha. Dum juvenis ostendit habitum Linkiae proprium, gelatinosa, crassiuscula, lobato-plicata, nuda; senescens induit centrum apotheciis rufis sive organis fructificationem mentientibus, margine praeditis modo integro, modo granulato modo crenulato, demumque evanescente. Praeterea corpus ipsum ita variat ut ejus varietates acuti species Lichenum distinctae habitae fuerint. Attamen substantia haec recens, vel si sicca in aqua mollita et in tenuissima frustula secta, microscopii compositi ope visendam prodit magnam filamentorum subtilissimorum copiam moniliformium atque in granula secedentium, eo modo quo inspicitur in *Linkia* Michelii, sive *Tremella Nostoc* Linnaei. Porro non reticebo clarissimum Sprengelium ad quem specimina misi hujus substantiae, meaque observationes significavi respondisse « filamenta articulata in ipsa substantia invenire nequeo: forte admixtae erant Tremellae quae fucum fecerunt ». At rursus iterata observatione, maximaque diligentia non modo vidi filamenta moniliformia in ipsa substantia, sed quandoque in crassis et vetustis apotheciis.

Tremella Quercina.

Cryptogamia Algae *Linn* Acotyledones Algae *Juss.*

T. crassiuscula effusa gyroso-undulata, lutecla *Mihi*.

Autumni tempore mihi saepe sese obtulit super ramos Quercus, qui ad vites sustinendas inserviunt

Tremellae hujus structura est plane singularis. Microscopio composita visa deteguntur filamenta tenuissima cylindrica in centro, et granula plurima per substantiam exteriorem sparsa. *Organismo moltissimo interessante* (ait Spreegelius ad quem misi specimina), *imperocchè unisce le due forme primarie della scomposizione organica dell'acqua globetti corticali, e fili midollari. Somigliante fabbrica a questa ha già scoperto il Vital. Donati nell' Alcionio* (*Storia dell' Adriat tav* VIII. f C D E. F). *A questa mi sono già alcune volte rapportato, nella spiegazione dell' origine di ogni organismo*

Conferva Cinerea.

Cryptogamia Algae *Linn.* Acotyledones Algae. *Juss*

C filamentis cinereis brevissimis, simplicibus et bifidis, inarticulatis, et pulverulentis *Mihi*

Byssus pulverulenta et ramosa, cinerei coloris *Segu.* Ver. 1. p. 49

Filamenta cinerea subtilissima, vix nudis oculis distincta unam vel duas lineas longa, simul intexta et subdecumbentia, odore leviter mucido. Microscopio aucta exacte teretia, obtusa, et opaca apparent, punctulo fusco terminata, alia simplicia, alia bifida, plurima conspersa pulvere quodam, interdum in glomerulos coacervata.

Habitat in speluncis humidis collium, rupibus calcareis adhaerens, et praecipue ad fontem *di Sommavalle* dictum in valle *Donega*, secundo ab urbe Verona lapide, ubi totum fornicem tegit.

Conferva Fontinalis.

Cryptogamia Algae *Linn* Acotyledones. Algae. *Juss.*

C. filamentis viridibus, inarticulatis simplicibus, cylindricis

obtuse, globulis gemmuferis lateralibus, solitariis, sessilibus, rotundis. *Mihi*.

C filamentis simplicibus, aequalibus, digito brevioribus. *Linn.*

Byssus aquatica tenuissima atro-virens pellem murinam referens, brevissimis et simplicibus filamentis. *Michel.* Gen. 211. tab. 89. fig. 11.

β *C Michelii* filamentis viridibus inarticulatis, simplicibus, ramosisque, cylindricis, obtusis, globulis gemmuferis sessilibus, rotundis, lateralibus et terminalibus. *Mihi*.

Byssus minima palustris, obscura, crassioribus filamentis, plerumque simplicibus. *Mich.* Gen. tab. 89. fig. 8.

γ *C baldensis* filamentis viridibus simplicibus, et ramosis inarticulatis, cylindricis, obtusis, globulis gemmiferis solitariis rotundis, sessilibus, breviterve pedunculatis, lateralibus et terminalibus. *Mihi*.

In rivulis et fontibus occurrit ad lapides et glebulas affixa. Var. α vulgaris constat filamentis tenuissimis, densissime sibi incumbentibus, modo tres quatuorve lineas longis, modo biuncialibus, ut in varietate obvia in fossis agrorum oryza satorum. Var. β quam C *Michelii* vocavi, utpote quae constans filamentis partim simplicibus partim ramosis mihi referre visa est Confervam ab eximio Michelio l. c. descriptam, provenit in rivulis lente fluentibus collium Veronensium atque in ductibus aquariis pistrinorum, praesertim in suburbio S. Georgii, secus viam pagi *Avesa*, ubi quacunque fere tempestate globulis gemmiparis pregnantem observavi. Utque melius innotesceret in horto botanico educavi, atque ex globulis gemmiferis nova filamenta oriri conspexi. Ex quibus infertur Confervam nostram quoad generationis modum ad *Ectospermas* Cl. Vaucherii spectare. Var. tandem γ copiosa manu inveni in fonte di *Novele* dicti montis Baldi, nec non ad latera rivuli ejusdem nominis.

Num tres Confervae descriptae sint varietates vel species determinare nequeo.

Conferva Pistrinaria.

Cryptogamia Algae *Linn.* Acotyledones Algae. *Juss.*

C. filamentis viridibus simplicibus articulatis intricatis, obtusis, loculis longitudine latitudineque subaequalibus, uni-bigranulatis. *Mihi*.

Super rotas pistrinorum suburbanorum Veronae quocumque anni tempore occurrit. Saepissime microscopii ope illam perscrutatis sumus, atque in vasculo et in horto servavimus ut innotesceret quomodo procreatur. Quod hactenus detegimus sunt granula plurima, quae super filamentorum superficiem proveniunt, modo rotunda, modo oblonga fereque cylindrica et intersecta. Num gemmae hae sunt?

CONFERVA QUADRIGRANULATA.

C. filamentis hyalino-viridulis tenuibus, cylindricis, simplicibus, inaequalibus, articulatis, loculi quadrigranulatis longitudine latitudinem dimidio excedente. *Mihi.*

Habitat in fossis Campi Martis Veronae, Majo et Junio mensibus in aquis estantes. Filamenta minutissima, magnitudine *Prolifferae paranticae* Vaucherii. Ad singuli loculi extremitates adsunt granula duo, septo incumbentia.

UREDO ASPIDII.

Cryptogamia Fungi. *Linn.* Acotyledones Fungi. *Juss.*
U. globosa sparsa vel oblonga confluens flavescens. *Mihi.*
Glomeruli demum apice dehiscentes pulverem luteum diffunduat.

Provenit in stipite et in pagina inferiore Frondis *Aspidii fragilis*, ejusque varietatis a Willdenowio vocatae *Aspidium Pontederae* (Conf. *Segu.* Ver. III. tab. ʃ. fig. 2.), quam ex Baldi vallibus *Lozanna* et di *S. Zeno* dictis tribus ab hinc annis translatam in horto Veronensi colo.

TUBER RUFUM.

Cryptogamia Fungi. *Linn.* Acotyledones Fungi. *Juss.*
T. globosum solidum, rufum, laeviusculum, archizon, interne primum sordide albidum, dein rufescens, venis albis. *Mihi.*

Fungus magnitudine nucis juglandis raro majore, attentis oculis inspectus leviter verrucosus, quandoque plane glaber, odore et sapore suavissimo. Exsiccatus vix decrescit.

In vineis et silvis collinis circa vicum *Colà* abunde provenit, atque autumnali tempore colligitur.

novae

Primus mihi praebuit amicus dulcissimus Jacobus Bertoncellus, plantarum solertissimus indagator, et tribus ab hinc annis in botanicis peregrinationibus per Baldum montem perque alpes Veronenses et Vicentinas studiosus comes.

Agaricus Flammeolus.

Cryptogamia Fungi *Linn* Acotyledones Fungi *Juss.*

A. pileo flammeolo, demum convexo, lamellis flavis, stipite croceo fistuloso. *Mihi*

Pileus colore flammeo quandoque ad helvolum vel rubrum vertente, tres pollices latus, primum convexus, margine plano integro. Lamellae brevioribus intermixtae non decurrunt. Stipes cylindricus tres pollices circiter altus. Caro flavescens. Tota planta scatet succo rubrocroceo, leviter acri.

In sylvis Baldi montis, praesertim in *valle dell'Artillon* atque *al Lavaci*, nec non in jugis Lessinis circa *Chiesa nova* et *le Scandole* saepe mihi occurit, Junio, Julio et Augusto mensibus, semperque solitarius.

Differt ab *Agarico theiogalo* Personii et Bulliardi stipite non pleno, lamellis non decurrentibus, pileoque nunquam zonato.

Boletus Populneus.

Cryptogamia Fu[illegible]. Acotyledones Fungi. *Juss*

B. pileo sessili planiusculo, reniformi, coriaceo-suberoso, castaneo, glabro, poris minutissimis brevibus luteolis, marginalibus spadiceis, carne alba. *Mihi*

Pileus vix duas lineas crassus, margine leviter depresso, in centro obscure, in ambitu laetius castaneus, litura saturatiore in extremo margine, cui subtus sulcus respondet. Tubi minutissimi luteoli breves; marginales obsoleti, fulvi. Sapor amarulus gratus.

Ad truncos Populi nigrae autumnali tempore reperit auditor olim, nunc amicus Franciscus Avanzius.

Spectat ad novum genus Friesii *Polyporus* dictum (Conf. Observ. mycol Haun. 1815.).

Hexagonia.

Cryptogamia Fungi *Linn.* Acotyledones Fungi *Juss.*
Pileus subtus in cellulas hexagonas exsonus *Mihi*.

Hexagonia Mori

H. pileo sessili dimidiato, planiusculo, coriaceo-suberoso, luteo et glabro. *Mihi*

Mihi primum occurrit Augusto mense decedente super truncos Mori albae langeentis, ad radices montis Baldi, occasum versus, in agris vico *Malcesine* imminentibus: dein copiosa manu increscere vidi autumni tempore in valle *Pulicella* super ramos ejusdem arboris, qui ad vites sustentandas inserviunt, demumque decerpsi in montibus Vicetiae circa pagum *Crespadoro*.

A figura cellularum pilei *Hexagoniam* vocavi hoc novum genus, quod ad fungos gymnocarpos Personii pertinet, et ad Dedaleas proxime accedit.

Addendae post Cinerariam Alpinam.

Arnica Scorpioides.

Syngenesia superflua *Linn.* Dicotyl. monopet. epigyn. connat., *Corymbiferae Juss.*

A. foliis dentatis, radicalibus longe petiolatis subcordato-oblongis, caulinis alternis oblongis, summis amplexicaulibus cordato-lanceolatis. *Mihi*.

A. foliis dentatis, dentibus acuminatis, radicalibus petiolatis elliptico-subrotundis, caulinis alternis oblongis. *Willd.* Sp. pl. III. 2108. *Pers.* Syn. plant. II. 453.

Doronicum radice dulci. *Bauh.* pin. 184. *Segu.* Ver. III. 280.
Doronicum folio subrotundo serrato. *Bauh.* hist. III. 17.
Doronicum folio lato flore magno. *Bauh.* hist. III. 17.
Doronicum nigra radice Campoclarense. *Column.* pars 2. 36. *Segu.* Ver. III. 280.
Icon. Jacq. Austr. tab. 349. *Lob.* icon 649.
β. Arnica glacialis

A. foliis subdentatis subhirsutis, radicalibus petiolatis oblongis basi rotundatis, caulinis alternis oblongo-lanceolatis. *Willd.* Sp. pl. III. 2109. *Pers.* Syn. plant. II. 454.

A. foliis alternis repando-subdentatis caulinis sessilibus lanceolatis, radicalibus rotundo-ovatis, petiolatis, radice oblique adscendente subdula, suturis transversis sursum decumbentibus imbricata. *Wulf.* in *Jacq.* Collect. I. p. 232.

A. foliis repando-subdentatis, caulinis lanceolatis sessilibus, radicalibus rotundato-ovatis petiolatis. *Jacq.* ic. rar. III. tab. 586.

Doronicum quartum styriacum. *Clus.* hist. 2. p. 17.

Radix perennis crassa, nodosa, externe flavescens vel fusca, intus albida, modo dulci sapore modo insipido. Caulis semipedalis vel pedalis plerumque uniflorus. Folia viscida, villosula, modo subtilia mollia, flexilia, modo rigidiuscula, omnia dentata, dentibus modo acuminatis modo brevioribus, et veluti repando-angulata, radicalia longe petiolata subrotunda ovata, interdum subcordato-oblonga vel rotundo-cordata vel etiam reniformi-cordata, caulina alterna, ima petiolata oblonga, quandoque petiolo basi auriculato amplexicaule, summa sessilia amplexicaulia cordato-lanceolata. Flos magnus aurantiacus. Perianthodium villosum. Semina papposa oblonga striata pubescentia.

Provenit in saxosis et subhumidis locis editioribus montis Baldi, ut in vallibus *Fredda*, *delle Ossa*, *di S. Zeno* dictis. Quintili et sextili mensibus floret.

Arnica scorpioides et *Arnica glacialis* non dubito quin sint varietates ejusdem speciei. Vidi enim saepe in Baldo monte *Arnicam scorpioidem* juxta majorem locorum asperitatem et altitudinem habitum *Arnicae glacialis* ex toto induere. Praeterea ex ipsa Wulfenii descriptione in Jacquinii collectaneis tradita (I. p. 232) *Arnicam glacialem* ab *Arnica scorpioide* non esse satis distinctam colligitur.

Arnica Wulfeniana.

A. (*cordata*) foliis radicalibus reniformi-cordatis longe petiolatis, caulinis sessilibus subamplexicaulibus basi lanceolatis dentatis, caule unifloro. *Wulf.* in Roem. Archiv. 3. p. 408. *Pers.* Syn. plant. II. 453.

A. (*cordata*) radicalibus reniformi-cordatis longe petiolatis,

caulinis sessilibus excordato semiamplexante basi lanceolatis utrisque dentatis, caule unifloro *Wulf* plant. rar. descript. p. 93. n. 107

Doronicum foliis radicalibus reniformibus dentatis, longe petiolatis, caulinis amplexicaulibus viscidis *Morenz* herb. manuscript.

Arnicae cordatae nomen mutari, quia extat alia species eodem nomine vocata capitis Bonae spei indigena, a Thunbergio in prodromo 154 descripta, atque a *Willdenowio* Sp. pl III 2107 et *Persoon* Syn plant II. 453 accepta.

Cl *Sternbergius* (Reise in die Rhetischen alpen p 53) *Arnicam cordatum* refert ad genus Doronicum ob pericarpium oblongum et semen nudum, sed hoc non est constans: Auctoritate citatorum Botanicorum hanc admitto speciem, quae in cacuminibus Baldi montis raro occurrit circa valles dictas *delle Ossa di S Zeno et Orzera*, Julioque et Augusto mensibus florens, etsi valde auspicar utrum sit varietas *Arnicae scorpioidis* cujus folia radicalia ut supra notavi quandoque sunt reniformi-cordata. Perennis.

FINIS.

INDEX PLANTARUM

In hoc fasciculo descriptorum

EXPLICATIO TABULAE.

Fig. I.

A. *Spallanzania Agrimonoides* m. n.

B. Flos *Spallanzaniae Agrimonoidis* ostens pistilla duo in centro, stamina octo, petala quinque, et calycis exterioris lacinias.

C. Flos corolla exutus ut visendum se praebeat calyx duplex, externus 12-fidus, internus 5-fidus.

D. Fructus cum calyce exteriore longitudinaliter secto, ut calyx interior semen includens appareat.

E. Calyx interior cum semine longitudinaliter dissecto.

F. Semen magnitudine naturali, cum macula fusca circulari in parte inferiore.

G. Idem m. a, interque cotyledones dissectum et corculum ostendens.

Fig. II.

Ramus ex quo erumpunt tria individua variae aetatis *Hexagoniae mori*.

Fig. III.

Hexagonia subtus visa, ut character generis visendum se praebeat.

ERRATA			CORRIGE.
Pag. 3	lin. 9	Spallanzanum	Spallanzanion
5	25	Anthodea terminales subglobosi	Anthodia terminalia subglobosa
5	31	atque	adque
6	11	acuta	aucta
6	30	serratis	serratis
15	ultim.	lactu	lactu
17	14	Lomallinas	Laumallinas
17	22	quocum	quocum
19	5	*post sessilis adde*	Interim erit
20	25	Anthodii subnutantes	Anthodia subnutantia
21	23	glacui	glauci
21	32	biliatis	ciliatis
22	16	Anthodii pedicellati solitarii ex axilla bracteae prodeuntes	Anthodia pedicellata solitaria ex axilla bracteae prodeuntia
22	25	proximum	proximus
23	12	Anthodii	Anthodia
23	29	et	A
24	23	instructo	instructis

